AUGUSTINUS
12. Jh. Seite 123r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift



stetit in medio eorum dn̄s · & ait illis · Pax uobiscum · sicut lucas
& iohannes · Fores autem clause erant cum ad eos intrauit ·
quod solus iohannes cōmemorat · Verbis itaq; dn̄i que tc̄
eū locutum ēē discipulis lucas iohannesq; dixer̄ · interpo
nitur & illa exprobratio de qua marcus dicit · quod non
crediderint eis · qui eum resurrexisse uiderant · S; hoc rursus
mouet · quom̄ discumbentib; undecim ait apparuisse
marc⁹ · si illud temp⁹ est diei dn̄ici · iam noctis initio quod
lucas iohanesq; meminerunt · Apte q̄ppe iohannes dic̄
non cum eis tunc fuisse apl̄m thomam · quem credim⁹
exisse inde antequam dn̄s ad eos intraret · postea quam
illi duo redeuntes de castello cum ipsis undecim collocuti
sunt sicut apud lucam inuenitur · S; lucas in sua narrati
one dat locum quo possit intelligi dum hec loquerentur
prius inde exisse thomam · & postea dn̄m intrasse · Marcus
autē qui dicit nouissime recumbentib⁹ illis · xi · apparuit
etiam thomam illic fuisse cogit fateri · nisi forte quāuis
uno absente undecim tamen uoluit appellare · quia eadē
tunc apl̄ica societas hoc numero nuncupantur · ante quā
mathias in locum iude subrogaretur · Aut si hoc durum
est sic accipe · illud ergo accipiamus p⁹ multas demonstra
tiones eius quib⁹ p dies · xl · discipulis presentatus est · eum
etiam nouissime recumbentib; illis undecim apparuisse ·
idest ipso quadragesimo die · & quō iam erat ab eis ascensur⁹
in celum · hoc eis illo die maxime exprobrare uoluisse · q̄a
his qui uiderant eum resurrexisse
non crediderant · antequam ipsi eum
uiderent · cum utiq; post ascensionem suam predicantib;
illis euangl̄ium · etiam gentes quod non uiderunt fuerant